



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

5. Junij. Nonis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

*pulcherrimam: atq; id proprium, ac  
speciale sponsæ; cui meritò singulari  
prærogativa audire conveniat: Pul-  
chræ sunt genæ tuæ, sicut tur-  
turus. [Cantic. I.]*



5. Junij. Nonis.

Passi  
anno  
1536.

Victo-  
ria de  
hoste.

Obijt  
anno  
1170.

**B** GUILIELME, Abbas monaste-  
rij Fontanensis: qui unà cum Ab-  
te Riveriensi Anglicani furoris, simul-  
fue cœli victima, in quatuor partes  
discerptus es; ut nempe plura ex vul-  
nerum augmento erigeres de trium-  
phata tyrannide trophæa. *Premor ab  
hoste, non ex Anglia, sed ab Angelica di-  
gnitate detruso. Vos mihi assistite, ut vin-  
cam vestris meritis, quem vos glorioso san-  
guine triumphâstis.*

**B. BONIFACI:** qui triplicem te  
venerandi titulum mihi offers. Pri-  
mum, quòd inter primos BERNARDI  
alumnos ex Claravalle, id est, ex schola  
sanctitatis prodieris. Inde quòd ab eo-  
dem in Brabantiam missus, Villarij of-  
ficio Prioris eâ viiæ puritate, & pru-  
dentiâ perfunctus fueris, quæ testaba-  
tur, quanta sit BERNARDI in for-  
mandis



mandis ad virtutem animis vis atque felicitas. Denique quòd miraculis post obitum clarus, & venerationi publicæ expositus, fiduciam mihi præstes, quâ *supplex te accedam, obsecrans, ut me doceas signa mori præmistere, non miraculosa, sed religiosa, quibus horam felicem à Deo obtineam.*

B. SIGERE, monache Hemmenrodensis: ex cujus beata morte intelligi potest transactæ vitæ innocentia, & *Floruit circa* erga Matrem Virginem devotio. Cùm *annum* enim ad extrema devenisses, & ad datum *1210.* agonistui signum quidam Conversus accurreret, in via obviam habuit eandem morientium Patronam, quæ illi mandavit, ut omisso lugubri cantu, tibi jucundum melos hymni, *Te Deum laudamus, circum feretrum accineretur. Optabilis felicitas, sic mori: & Præparatio ad mortem.* nunctam facili labore comparanda, nisi execrabilis illa pestis, Procrastinatio præparationis ad mortem, tot salubria consilia, & *proposita, identidem suffocaret.*

S. BERNARDUS, ser. 75. in Cant.

Tunc aliud tempus ad querendum Deum, ad operandum, quod bonum est, *Nunc tempus salutis.* reperturus tibi es in sæculis venturis, præter hoc, quod constituit tibi Deus, in quo recordetur tui?

6. Jun.